

Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

IN PROPHETAM NAHVM.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](http://urn.nbn.de:gbv:ha33-1-148122)

IN PROPHETAM N A H V M.

Rdo iusticiæ diuinæ æternus & immutabilis est, ut imperia, regna, ciuitates & singuli homines, vel domicilia & templa Dei sint, & Domino Deo conditori suo obtemperent, vel Deum gubernatorem excutientes & flagitijs ac sceleribus se polluentes, præsentibus ac æternis poenitibus destruantur & euertantur. Ideo enim præcipue ciuitates conditæ, & in Imperijs, in viribis & singulis familijs homines consociati sunt, non vt cubilia, & lustra voluptatum & avaritiæ sint, sed vt vera Dei noticia in ijs luceat, & Deus conditor communij multorum voce inuocetur & celebretur, & alij alijs veram de Deo doctrinam, & testimonia suæ fidei ac confessionis de Deo, & virtutum exempla, ostendant & propagent. Et Monarchiæ præcipue eam ob causam diuinitus constitutæ fuerunt, ut coniunctis multis gentibus, & restitutis in maxima orbis parte legibus, iudicijs, & pace, facilius doceri homines de Deo, & latius spargi doctrina, & ad cultuum Deo placentium officia adduci plures possent: atq; ita ipsæ Monarchiæ, domus ac templa Dei essent, & hospitia ecclesiæ Christi tranquilla præberent. Sed quia plerunq; potentissima regna & ciuitates neglecto & spreto vero Deo, idolatriæ, tyrannidi, avaritiæ, rapinis, libidinibus seruiunt, & ecclesiam Dei crudeliter persequuntur: Deus Zelotes iustus & vindictæ horrendis poenarum exemplis eas euertit & delet, sicut Romanam urbem & monarchiam, per Gothos & Vandulos horribili exemplo destruxit.

Primæ autem Monarchiæ in mundo sedes fuit N I N I V E metropolis Assyriorum: quæ etsi annis 100. ante Nahumi prædicationem, ministerio Prophetæ Iona, ad poenitentiam veram & pietatem ac obedientiam Deo debitam conuersa erat: tamen cum potentia & rebus secundis elata, abiecit timore Dei, ad veterem securitatem & impietatem relapsa esset, & verum Deum blasphemis ac contumelijs horrendis afficeret, & ecclesiam Dei crudeliter vastaret: iusto iudicio & illustri testimonio prouidentiæ & Syllogismus principalis.

Niniues & totius regni Assyriorum, quæ annis 130. post secuta est, prædicta Prophetæ Nahum: cuius concionum maxima pars hoc Syllogismo comprehendti potest. Deus Zelotes, iustus & vindictæ diuinæ funditus euersa & deleta est. Hanc παναθηπιαν vrbis principalis.

Deus Zelotes, iustus & vindictæ diuinæ funditus euersa & deleta est. Hanc παναθηπιαν vrbis principalis.

Vrbs N I N I V E & totum regnum Assyriorum pollutum est impietate, mendacio, tyrannide, rapinis & alijs sceleribus. Ergo vrbis Niniue & totum regnum Assyriorum horribiliter punietur & funditus euertetur. Maior Syllogismi in primo capite ponitur, & repetitione, Synonymia, ex-

positione, metaphoris, similitudinibus, exemplo pœnæ Pharaonis in mari rubro, & alijs figuris, illustratur. Minor in principio capitis tertij perspicuis verbis posita, & passim etiam in reliquis partibus ipsa sit. Conclusionem vero tragicam de excidio vrbis ac regni, splendidissima innotescens & magnifica & iconibus ac similitudinibus & alijs figuris euoluta & amplificat cap. 2. 3. & primo.

Vvss & applicatio ad Nos singulos.

Vt autem Paulus docet, Omnem scripturam diuinitus inspiratam, ratiōnem esse ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iusticia, vt perfectus fiat Dei homo, ad omne bonum opus paratus: & Roma. 15. inquit, Quaecunque præscripta sunt in nostram doctrinam scripta sunt: ita has quoque Nahumi conciones, et si ante annos 233 o. habite sunt: tamen vere etiam ad nostra tempora & ad nos singulos pertinent, & ad nostrum usum transferendas esse sciamus. Idem enim Deus est, qui normam sapientiae & iusticiae ac iræ suæ aduersus peccata æternam & immortam in Decalogo toti humano generi tradidit: & promissionem de filio mediatore & redemptore nostro Iesu Christo, patefecit, ac seuerissime præcipit, vt omnes homines, omnibus temporibus, voce legis & comminationibus ac exemplis iræ suæ ac pœnarum, ad verum timorem Dei & pœnitentiam seriò agendam flecantur: & promissionibus suis ac fide in venis doloribus se sustentent, & prælucente vero timore Dei ac fide, Deo iuxta omnia ipsius mandata obediant. Quod igitur Paulus de pœnis flagellarum in deserto inquit, eas fuisse typos & exempla pœnarum, quæ omnes similibus peccatis pollutos obruant: Idem de excidio & πτωσις Νινιας, à Nahumo prædicta, & de aliarum potentum & amplissimarum vrbium, Sodomæ, Troiæ, Ierosolymæ, Carthaginis, Romæ euersionibus sentiamus, eas, N O B I S , de horrenda ira Dei aduersus nostra quoque peccata & de similibus ærumnis & cladibus, nos quoque nisi pœnitentiam egerimus oppressuris, concionari: sicut in vicina Dania, Suecia & Liuonia, in conspectu penè nostro, similia pœnarum exempla, nobis quoque, & toti viciniæ, iram Dei aduersus peccata omnium nostrum, & bellum, famem, ac pestem denunciantia videimus. Nam de his vicinorum nostrorum pœnis, non minus quam de Galilæis à Pilato trucidatis concio Christi recte ad omnes usurpatur, N I S I pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis. Semper itaque in conspectu nobis hæc utilitas, ex Nahumi lectione, ad pientem alendam, & viræ nostræ consilia & actiones sanctius regendas, perenda, verisetur: vt consideratione seriæ & ingentis iræ & zeli diuini aduersus Ninivitarum, Iudeorum, nostra, & omnium hominum peccata: & horribili pœna & deletione potentissimæ vrbis Ninives: & nostris & aliorum ærumnis & calamitatibus ad verum T I M O R B M D E I seriò expauscentem filiali metu iræ & iudicij diuini, & ad veram F I D E M in ærumnis confidentem ad bonitatem & misericordiam Dei propter Christum promissam: & ad veram O B B D I E N T I A M Deo in omnibus vitæ consilijs & actionibus iuxta ipsius mandata præstandam exuscitemur. Hic usus & fructus concionum Propheticarum monstratur à Jerem. capite 36. ubi inter scribi comminationes pœnarum & excidij Ierosolymæ, vt audiente domo Iuda reuertatur unusquisque a via sua pessima, & propitius sit Deus iniquitati & peccato eorum. Nunc vt iunioribus magis perspicua & dulcis lectio textus Nahumi fiat: historica quædam, de vrbis Ninive, &

regibus Assyriorum, qui paulò ante & post Ionæ & Nahumi tempora vixerunt, adiungam.

N I N I V E N urbem, ab Assur filio Sem, primò conditam esse, ostendit Moses, Genes. 10. qui etiam *τετράπολην* seu quadripartitam eam fuisse testatur. Nam vbi nos legimus, De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuen & plateas ciuitatis & Chale, Resen quoque: In Ebraeo legimus, Assur ædificauit Niniuen & Rehoboth, Ir & Calah, & Resen inter Niniuen & Calah: Hæc est ciuitas magna, quam tribus diebus vix peragrari & perlustrari integrum potuisse Ionas indicat. Absuit à Babylone non integris 30. miliaribus germanicis, à Ieroſolyma 155. ab hac vrbe Rostochio 500. ut ex numeris longitudinum & latitudinum, quos adscribo, facile colligi potest.

Niniues long.	78.	o.	lat. 36.	40.
Ieroſolymæ	66.	o.	31.	40.
Babylonis	79.	o.	35.	o.
Rostochij	30.	30.	54.	o.

Euerunt autem primæ Monarchiæ, Assyriorum & Babyloniorum, duæ arcæ præcipue, Babylon, & Niniue, ac regum omnium series, inde usque à Nimrodo nepote Chami, usque ad Monarchiæ finem, quæ annos 1637. durauit, annotata est à Beroſo, Manethone, Metaphene, Eusebio, &c. hoc ordine. 1. **N I M R O D**, Gen. 10. cœpit Monarchiam anno 131. post diluvium, anno mundi 1787. Regnauit 56. annis. 2. Belus annis 62. 3. **N I N V S** cognomen Assur, à quo vrbi Niniuæ nomen relictum esse scribunt. Significat enim **N I N I V E**, Nini domum, pulchram & amoenam, annis 52. 4. Huius vxor **S E M I R A M I S**, quæ marito successit, & imperij fines amplificauit, cuius res gestas ex Ctesia descriptas, prolixè commemorat Diodorus Siculus lib. 2. annis 42. 5. **Ninias**, qui Genes. 14. Amraphel nominari existimatur, annis 38. tempore Abrahæ. 6. Arius 30. annis. 7. Aralius 40. 8. Baletis 30. 9. Armatrites 38. 10. Belochus 35. 11. Balcus 52. Huius anno 28. Iacob in Aegyptum descendit. 12. Altades 32. 13. Mamirus 30. 14. Mancalus 30. 15. Sferus annis 20. 16. Mamelus 30. 17. Sparetus 40. 18. Ascatades 40. Huius anno 9. Israëlitæ ex Aegypto egressi, & Lex Dei in monte Sinai lata est. 19. Amyntas 45. 20. Belochus 25. 21. Bellepares 30. 22. Lamprides 32. 23. So-fares 20. 24. Lampares 30. 25. Panmas 45. 26. Sofarmus 19. 27. Mytræus 27. 28. Tauranius 32, misit Priamo ad Troiam auxilia duce Memnone, filio Aurora. 29. Teuteus 40. 30. Tyneus 30. tempore Samuelis. 31. Derycus 40. tempore Saulis & initio Davidis. 32. Eupales 38. 33. Laosthenes 45. tempore Salomonis. 34. Pyrithydas 30. anno 14. Roboam. 35. Ofrateus 20. 36. Ofraganeus 50. tempore Iosaphat, Ios. 37. Ascrazapes 42. tempore Ios & Amasiæ. 38. **S A R D A N A P A L V** 5 annis 20. tempore Amasiæ & Oziae, cœlebris apud Græcos propter mutationem regni, quæ ipsius tempore accidit, & propter effeminatam mollitatem & vitam obſcœnus voluptatibus deditam. Scribit Velleius ortum à Nino & Semiramide loco tertio & tricesimo Sardanapalum, ita ut semper successor regni paterni esset filius. Huius exitum recitat Athenæus lib. 12. pag. 261. & Diodorus Siculus, lib. 2. Periit autem anno 10. Oziae regis Iuda anno mundi 3144. Huic succedit in Niniue & Babylone, 39. **P H V L R E X** Assyriorum (quem Diodorus *βέλεων* nominat) cuius mentio fit 4. Reg. 15.

1. Paral. 15. Circa huius regni initia Ionas in Niniue prædicauit ijsque excidium vrbis ac regni minatus est, (annis 100. ante Nahumi ætatem) quod tamen pœnitentia sua rex & ciues Niuiues auerterunt, Ionæ 3. & 4. Luc. 11. Matth. 12. Ac tenuit Phv l regnum Assyriorm annos 48.

40. TIGLAT PHV LASSAR, annis 23. Galilæam vastauit & Tribum Nephtalim in Assyriam abduxit, 4. Reg. 15. Deinde Achaz Regi Iuda, opem tulit contra Phacee regem Israël, & Rezim regem Syriæ, 4. Regum 16. & 2. Paralip. 28.

41. SALMANASSAR annis 10. vrbem Samariam cepit, & decem tribus ac in his TOBIAM captiuum abduxit, 4. Regum 17. Tob. 1. anno 6. Ezechiae Regis Iuda. Huius regis temporibus, NAHUM, Niniuus excidium, & populo Iudæ liberationem à tyrannide Assyriorum, prædicti. Ac σύγεον Nahumi fuerunt, Oseas, Esaias, Micheas, Ioël, &c.

42. SENNACHERIB, regnum Iuda vastauit, & vrbem Hierosolymam obsidione cinxit. sed trucidato ab Angelis exercitu, inglorius & contemptus Niniuen rediit, ac paulo post in templo idolorum suorum à proprijs, filijs interfectus est. 4. Regum 18. 19. Esai. 36. 37. sicut Nahum capite primo prædixerat, De domo Dei tui interficiam te, sculptile & constatile ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus es. Horum regum historiæ lucem adfert prædictioni Nahum, cui post 130. annos euentus respondit, cum à Cyaxare rege Medorum Niniue capta & euersa, & sequentibus seculis planè deleta & extincta est: sicut Haithonus, qui in Armenia vicina Assyriæ natus est, & ante 250. annos præcipua Asia regna breviter descriptis, his verbis testatur: Niniue vetustissima ciuitas propè flumen Tygris, ad præsens est totaliter deuastata: sed per ea, quæ adhuc sunt apparentia in eadem, firmiter credi potest, quod fuerit vna ex maioribus ciuitatibus huius mundi. Talia florentissimarum & potentissimarum olim vrbium excidia, passim in omnibus historijs leguntur. Sic omnia veri Cernimus, atque alias assumere robora gentes, Concidere has, &c. ut vidius canit. Sic magna fuit censuque virisque, Perque decem potuit tantum dare sanguinis annos, Nunc humilis veteres tantummodo Troianas, Et pro diuitijs tumulos ostendit aurorum. Clara fuit Sparte: magni viguere Mycenæ: Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces. Vile solum Sparte est: altæ cecidere Mycenæ: Oedipodionæ, quid sunt, nisi nomina, Thebæ? Quid Pandionæ restant, nisi nomen, Athenæ? Ut autem de vrbis Troianæ excidio Herodotus, ex doctrina legis Dei natura insita, sapientissime scriptum reliquit, η τεως τακλεθοις δπελομένη, καταβατητοις αιθεροισ εποιησε, ως τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσὶ νομοί ποιειας ταχα τε θεοί: Ita omnium vrbium & regnum euersiones, & omnemstius generis humani calamitates, sciamus de hac ipsa regula Iudicij dimitnos commonefacere, Quod atrocia sceleris atrociis poenis puniantur, & conciones esse de horrenda aduersus peccata omnium nostrum IRA DEI, Vindicibus flammis sibi qui contraria delet, Ipseq; iusticiae regula sola manet.

Herod. lib. 1.
pag. 22. 23
Cap. 11.

Caput primum.

Nostrus Nostri Nostre In Vere : Liber visionis Nostra Hab Ver Mod Hel-
 chesæi. Devs æmulator & vlciscens Dominus
 Nostrus & habens iram, vlciscens Dominus ho-
 stes suos, & reseruans iram inimicis suis, Dominus lon-
 ganimis, & magnus fortitudine, & mundando non mun-
 dabit. Dominui in tempestate & turbine via eius, & ne-
 bula puluis pedum eius. Increpans mare & exiccans illud:
 & omnia flumina arefaciens. Infirmitas [†] est Basan & [†] Sterilis fa-
 Carmelus, & flos Libani infirmitas est. Montes tremue-
 runt ab eo, & colles dissoluerunt se, & desolata est terra à
 facie eius, & orbis & omnes habitantes in eo. Ante indi-
 gnationem eius quis stabit, & quis consistet in æstu iræ
 eius? Indignatio eius effusa est ut ignis, & petræ confractæ
 sunt ab eo. Bonus Dominus ad confortandum in die
 tribulationis & sciens sperantes in se. Et in diluvio prætereunte,
 consummationem faciet loci eius, sed inimicos eius persequen-
 tur tenebræ. Quid cogitatis contra Dominum, con-
 summationem ipse faciet. Non confurget bis tribulatio.
 Quia adhuc spinis perplexis, & in conuiuio eorum potan-
 tum deuorabuntur, sicut stipula ariditate plena. A te exi-
 bit cogitans contra Dominum maliciam, consiliarius impius.
 Hæc dicit Dominus, etiamsi perfe-
 ctissimè instructi (fuerint) & ita multi, tamen attenden-
 tur & transfibit. Affixi te, non affligam te ultra. Et nunc
 conteram virgam cius de dorso tuo, & vincula tua dirum-
 pam. Et præcipiet contra te Dominus. Non semi-
 nabitur ex nomine tuo amplius. De domo Dei tui suc-
 cidam. Sculptile & conflatile ponam sepulchrum tuum,
 quia contemtus es. Ecce super montes pedes Euange-
 lizantis & annunciantis pacem: celebra ô Iuda festiuitates
 tuas, redde vota tua, quia non addet ultra ut transeat per
 te impius, vniuersus succisus est.

LOCI

LOCI DOCTRINAE PRAECIPVI
IN PRIMO CAPITE NAHUMI

L E X.

Maxima pars Prophetiae Nahumi, est concio LEGIS de horrenda IRA Dei aduersus peccatum, quam euersione Ninives, & alijs tristissimis poenis, in tota mundi historia, Deus declarauit. Quarum consideratione vult Deus nos singulos, ad verum TIMOREM Dei, & poenitentiam de peccatis nostris serio agendum, exuscitari & impelli. Pertinet igitur maxima pars concionum Nahumi ad primum praeciprum Decalogi, & velut paraphrasis est horum verborum, Ego sum Dominus Deus tuus, fortis Zelotes, visitans iniuitatem.

EVANGELION SEV CON
SOLATIO.

Dulcissima sententia, quae consolationem piorum in omnibus vitæ serijs, doloribus, & ærumnis efficacissimam continet, & in toto hoc Propheta, velut preciosissima gemma, præcipue eminet, attentissime consideratur. **BONVS DOMINVS ET CONFORTANS IN DIE TIBULATIONIS ET SCIENS SPERANTES IN SE.** Quatuor autem præcipios consolationum locos complectitur, quos studiose & attente euoluere & expendere utilissimum est. Bonus est & beneficis, & paterna benevolentia & ardenti amore nos in tribulatione complectitur Deus propter filium dilectum. Ebr. 12. Quem diligit Dominus castigat. Non igitur malo aut irato & cupido nocendi nobis que malefaciendi, sed bono & paterno animo, crucem & ærumnas nobis imponit, ut nobis beneficiat, & amplissimas utilitates ac bona immensa per crucem impetrat. I. Ut cruce admoniti, poenitentiam de nostris peccatis serio agamus, & versus ad Deum conuersi æternam damnationem effugiamus, & vitæ ac salutis æternæ participes reddamur. Sic ærumnæ omnibus hominibus sunt schola poenitentia & paedagogia ad Christum & ad æternâ salutem. Thren. 3. Non afflxit ex corde nos Dominus & abiecit nos, sed ut scrutemur vias nostras & reuertamur ad Dominum & leuemus corda nostra cum manibus ad caelos. 1. Corin. 11. Cum castigamur, a Domino corripimur, ne cum hoc modo damnemur, sicut Luc. 13. scriptum est, Nisi poenitentiam egeritis omnes similiiter peribitis. Secundum bonum crucis est, ut timor Dei & fides seu fiducia in Deo adquiescens probetur, exerceatur, exuscitetur & ardentior ac firmior redditur. Nam in rebus secundis, otio, voluptatibus, mentes & corda hominum laxata & secura, negligunt Deum, & suæ sapientia ac cupiditatibus frenos liberius laxant, confidunt propria sapientia, potentia, præsidijs amicorum, pecunia, magis quam Deo, & paulatim profus amittunt & extinguunt fidem. Ideo varijs temptationibus nos exercet Deus, ut exploratio fidei nostræ multò preciosior auro per ignem probato inueniatur in laudem & gloriam Dei. Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus aurum, Tempore sic duro est experienda fides. Tertio. Aerumnæ sunt schola veræ, seriæ & ardantis invocationis Dei, quam vult Deus a nobis exerceri, ut ipsius præsentiam, bonitatem, misericordiam & omnipotentiam

tentiam agnoscamus : & Deum non inane nomen esse , sed adesse inuocantibus , cuique opem & salutem ferre serio sentiamus : Cumque Dei præsentiam , consolationem , auxilium & liberationem in periculis experti sumus : ardenti pectoris motu & grata voce bonitatem ipsius celebremus , Esa. 26. Domine in angustia querunt te , in tribulatione inuocant te . Psalm. 50. Inuoca me in die tribulationis & eripiam te , & tu glorificabis me . Quar-
 to. Aerumnæ sunt schola sapientiæ agnoscentis propriam imbecillitatem , & modelte continentis se intra metas sui muneris , & diligenter ac circumspe-
 cè singula vitæ consilia & actiones regentis . Econtrà res secundæ excœcat
 & fatuas ac stultas reddunt mentes hominum superbas , vt in consilijs er-
 rent , & stulta fiducia propriæ sapientiæ & potentiæ moueant non necessaria
 & iniusta , & tristes calamitates sibi & alijs accersant . Esa. 28. Vexatio
 dat intellectum . Quæ nocent , docent . Syrac. 34. Qui non est tentatus ,
 qualia scit ? Quintum bonum Crucis est , quod malum originis seu reli-
 quias peccati etiam in sanctis hærentes , videlicet , vicioſas inclinationes ad
 carnalem securitatem , superbiam , amorem voluptatum , gloriæ mundanæ ,
 opum , vitæ , iracundiam , odia , cupiditatem vindictæ , &c. compescit , re-
 primit & paulatim expurgat & abolet , & futuros lapsus prohibet , & ad Ti-
 morem Dei , humilitatem , modestiam , temperantiam , mansuetudinem &
 omnium cæterarum virtutum officia diligentius colenda , exuscitat & im-
 pellit . 1. Pet. 4. Qui patitur in carne , is desinit peccare , vt deinceps non
 iuxta concupiscentias humanas , sed iuxta voluntatem Dei viuat . Sexto .
 Occasionem præbet diligentius discendæ & attentius considerandæ & re-
 cens intelligendæ vera de Deo doctrinæ : & dulcissimas consolationes
 in verbo Dei propositas , quas alioquin oscitantes præterimus , attente
 considerandi & recte intelligendi & ad usum in veris exercitijs fidei trans-
 ferendi , & simul indicium ac nota est veritatis ac certitudinis doctrinæ .
 Psalm. 119. Bonum est mihi Domine , quod afflixisti me , vt discerem iusti-
 ficationes (doctrinam , seu verbum tuum .) Septimo . Reddit nos con-
 formes imaginis filij Dei Domini nostri Iesu Christi , cum quo unâ pati &
 mori nos oportet , vt unâ cum illo reuiuiscamus & glorificemur . Octa-
 vum bonum Crucis est , Quod pios plerisque huius vitæ bonis priuatos , jar-
 dentiori desiderio veri & summi boni , videlicet Domini Dei , & æternæ
 ac beatæ cum Deo & tota cœlesti ecclesia consuetudinis inflamat : imò
 Mors ipsa aditus & ianua est , per quam ex omnibus ærumnosissimæ vitæ
 doloribus & miserijs liberati transimus in æternam & beatam vitam , quæ
 sola vita nominanda est . Ioh. 5. Qui credit verbo meo , transibit ex
 morte in vitam . & certo tandem veris & æternis bonis , perpetua vita ,
 letitia , & gloria , apud Deum in regno cœlesti compensabitur . 2. Co-
 rinth. 4. Momentanea leuitas afflictionis æternum pondus gloriæ parit .
 Actor. 14. Per multas afflictiones oportet nos ingredi in regnum Dei .
 Hæc bona Crucis , seu utilitates & commoda , quæ nobis Deus per crucem
 & ærumnas tribuit & auget , euoluta & attente considerata : declarant ali-
 quo modo amplitudinem sapientiæ in hoc breui-dicto Nahumi compre-
 hensa , Bonus Dominus in tribulatione .

Alter locus consolationis , à causa adiuuante sumptus est . Non enim
 possunt voluntates & corda humana , proprijs viribus , magnitudinem do-
 lorum & ærumnarum , quibus piorum præcipue vita obnoxia est , sustinere
 & perficere , nisi diuinitus corroborata & confirmata , duris ut ilex tonsa bi-
 penni-

pennibus, ab ipso ducant opes animumque ferro. Non possent David in exilio, Jacob in perpetuis calamitatibus domesticis, Laurentius in craticula, & cæteri sancti Martyres, tantam molem acerbissimorum cruciatuum sufferre, nisi peculiari robore à Deo confortati & stabiliti fuissent. Adiuuat autem & confortat Deus omnes, qui à se auxilium fiducia Christi Medicatoris petunt, vt Luc. 11. dicitur: Quanto magis pater cœlestis dabit Spiritum paracletum potentibus. Psalm. 90. Clamauit ad me & ego exaudiam eum: Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Esa. 43. Meus es tu, cum transferis per aquas: tecum ero, & flumina non operient te, & incendium ignis non comburet te. Ita hic Nahum inquit, Bonum esse Dominum ad confortandum seu confirmandum corda, in die tribulationis, ne succumbant & desperent, sicut Paulus 1. Corinth. 10. ait, Fidelis Deus, qui non finit nos tentari supra vires, sed distribuit dolores & ærumnas proportione Geometrica, fortibus grauiorem molem, imbecillibus leniorem imponit: & dat cum tentatione exitum, vt possimus sufferre.

Et sciens sperantes in se. Tertius locus consolationis est promissio benevolentiae, auxilij, mitigationis, liberationis diuinæ: *Bonus Dominus et sciens*, hoc est, agnoscens, seruans, diligens, iuuans, defendens, liberans, & æterna salute donans sperantes in se. Nam verba notitiae, apud Ebraeos, non nudam notionem in mente vel sensu, verum etiam affectus & effectus sequentes, videlicet, approbationem, amorem, auxilium, defensionem, &c. simul includunt. Attente igitur expendatur particula *sciens*: & conferantur testimonia, quæ eam utcunque euoluunt & declarant. Primum de benevolentia Dei paterna in ærumnis, Ebre. 12. *Quem diligit Dominus castigat, & flagellat filium, quem recipit.* Item Roma. 8. *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. *Quis nos separabit à dilectione Dei?* (scilicet, qua Deus nos diligit propter filium) num tribulatio, num angustia &c. certò autem persuasus sum, quod neque mors, neque vita, neque angelii, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à dilectione Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. De auxilio & protectione diuina in periculis totus Psalmus 91. concionatur. *Qui habitat sub adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur.* *Dicit Dominus, protector meus es tu & refugium meum, in te sperabo.* De mitigatione ærumnarum Psalm. 84. *Mitigasti omnem iram tuam.* Ierem. 46. *Ego consumam cunctas gentes, te vero non consumam, sed caligabo te in iudicio, ne quasi innocentibus parcam tibi.* Ierem. 10. *Corripem sed in iudicio, non in furore.* *De liberatione ex periculis & calamitatibus etiam in hac vita pijs iuxta Dei consilium expectanda, passim & data & exempla Moysis stantis ad mare rubrum, Dauidis in spelunca circumdati à Sanle, Ezechie obfessi à Sennacherib, trium Israëlitarum in fornic Babylonica, Danielis in lacu leonum & omnium fere miraculorum Christi in nouo testamento, nobis proposita sunt: vt cum pericula humano conilio inextricabilia nos obruunt, non despondeamus animos, sed firma fide ac spe à Deo auxilium, & liberationem petamus & expectemus: etiam nostra rationi nulla spes salutis aut liberationis reliqua esse videatur. Id nominat Paulus contra spem in spem credere. Et alibi ait, Deum facere supra quam petimus aut intelligimus. vt hoc in loco Nahumus quoque inquit:*

Estamus

Etiamsi, velut diluvio, omnia videantur extrema vassitate & πανωλεβοία obrutum iri, tamen praterire & transire diluvium pios, vt in columnes euadant, etiamsi presentem omnia eis mortem intentent, nec ullam rationem & modum euadendi cernere ipsi possint. Hac eadem similitudine à diluvio sumpta, quæ apud Esaiam quoque & Davidem extat, Lutherus in epistola ad cancellarium Pontanum tempore conuentas Augustani scripta vtitur, cum in summo periculo & vere ḥ̄v̄oū ἀνῆς salus ecclesiarum nostrarum versaretur. Eius epistolæ partem, quia eximiam lucem huic Prophetæ loco ad fert, qui volent, requirant.

De vltima liberatione, & æterna vita, gloria, & lætitia, post momentaneas huius breuissimæ & fugacissimæ vitæ miseras certo securura, Paulus Rom. 8. 2. Corinth. 4. 5. & passim alibi concionatur. Rom. 8. Heredes Dei & cohæredes Christi sumus, siquidem simul cum eo patimur, vt & vna cum illo glorificemur. Nam reputo non esse pares afflictiones præsentis temporis ad gloriam, quæ reuelabitur erga nos. 2. Corinth. 4. In omnibus premimur, at non anxijs reddimur: laboramus, at non destituimur: persecutionem patimur, at non in ea deserimur: deiijcimur, at non perimus: semper mortificationem Domini Iesu, in corpore circumferentes, vt & vita Iesu in corpore nostro manifestetur. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita nostra manifestetur in mortali carne nostra. Scientes quod qui suscitauit Dominum Iesum, nos quoq; per Iesum suscitat, & constituet vobiscum. Propterea non defatigamur. Nam momentanea leuitas afflictionis nostræ, mire supra modum æternum pondus gloriæ parit nobis, dum non spectamus ea quæ videntur, sed ea quæ non videntur, nam quæ videntur, temporaria sunt: at quæ non videntur, æterna. 2. Corinth. 5. Scimus enim quod si terrenum nostrum dominium huius tabernaculi destrunctum fuerit, ædificationem ex Deo habemus, domicilium non manu factum, æternum in cœlis. Nam & ob id genuimus, domicilio nostro, quod ē cœlo est, superindui desiderantes: si tamen indui, non nudi reperiemur. Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, genuimus onerati, propterea quod non volumus exui, sed superindui, vt absorbeat mortalitas à vita. Porro, qui parauit nos in hoc ipsum, Deus est, qui idem dedit nobis arrhabonem Spiritus. Itaq; bono animo sumus semper, & scimus quod cum domi sumus in corpore, peregrinamur à Domino.

Postremo, diligentissimè infigatur animis & expendatur particula s p e-
RANTES IN SE: quæ applicationem & effectum continet amplissimarum & dulcissimarum promissionum, de benevolentia & defensione diuina in ærumnis, & de liberatione æterna, quibus assentientes & confisi ad Deum in ærumnis configiamus. Et in Deo velut patre Φιλοσόγυῳ, placidis & lætis animis acquiescamus, & hac fide & spe liberationis promissæ nos sustentemus & consolemur. Id enim significat phrasis וְתִבְנֵה qua etiam David Psal. 2. vtitur. Osculamini filium. Beati omnes, qui sperant in eo, seu potius, qui confidunt in eo. i. qui filium Dei non tantum docentem nos Euangelio audiunt, & personam ac beneficia illius rectè agnoscent & doctrinæ assentiuntur, verum etiam certò statuunt se propter hunc filium à Deo patre in locum filiorum adoptatos & receptos esse, Deum sibi bene velle ac propitium esse, se à Deo respici, exaudiri & æterna salute donari, & hac fiducia, in Deo sibi propicio, in omnibus ærumnis & temptationibus placi-

Gg dē ad-

dè adquiescunt, & velut firmissima petra & munitione aduersus omnes vim casus confidunt, & magno ac infraēto animo omnes difficultates & dolores perferunt, quia sciunt se à Deo diligi & certa spē liberationem & gloriam æternam expectant, sicut Paulus confidit in Deo sibi propter filium proprie, Rom. 8. Si Deus pro nobis quis contra nos? qui proprio filio suo non pepercit, sed pro omnibus tradidit illum. Certo igitur confido, quod nulla tribulatio neq; angustia, neq; mors neq; vita me à Dei benevolentia & complexu paterno possit auellere. Et David Psalm. 61. Nonne Deo subicta erit anima mea, ab ipso enim salus mea, nam & ipse Deus meus & filius mea, suscep̄or meus, non mouebor amplius. In Deo salus mea & gloria mea, Deus auxiliij mei & spes mea in Deo est. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra, Deus adiutor noster in æternum, veruntamen vani filii hominum, mendaces filii hominum, infatueris appensi minus valent quam nihil, quotquot sunt. Nolite sperare in iniquitate. Pleriq; homines, dum res sunt secundæ, securi, propria industria, opibus, amicis & præsidijs potentum confidunt: quæ cum cuncta esse fluxa & infida, in re sua creperā, ut Accij verbo utar, compertum: destituti hisce visibilibus auxilijs, trepidant & anguntur animis, & humili fremitu & moerore oppressi, & muliebriter lamentantes & quarentes, succumbunt dolori, & desperant. Horum trepidatio & impatientia osculant, eos, antea non Deo, sed amicis, pecunia, opibus & alijs rebus confos esse. Huic impia & vanæ fiduciae præsidiorum humanorum opposita est hæc particula sperantes in eo, quæ de vera & salutari applicatione & via & effectu promissionum diuinarum admonet, & in solo Deo omnem auxiliij, defensionis & salutis nostræ spem & fiduciam collocandam esse docet. Nam omnis, qui crediderit in eo, non confundetur, seu non frustrabitur expectata liberatione & bonis promissis. Huc Psalm. 25. Ad te Domine leuavi animam meam, Deus meus in te confido, non erubescam. Et 91. Qui habitat in adiutorio altissimi. & similes, referantur. Explicari liquanto prolixius insignem & dulcissimam, & in toto Nahum præcipue obseruandam sententiam: quæ fontes veræ, efficacis, & salutaris consolationis, in omnibus ærumnis & doloribus ad ysum transferendæ, complebitur. Nunc Textum primi capituli Grammaticè explicabimus.

ONVS NINIUE, LIBER VI sionis NAHVM, Helchesæi.

TI T V L V s argumentum libri, & nomen, ac patriam autoris, indicat. **O**nus Niniue i. poena Niniuenium, prophetia continens onus seu poenam Niniues, ut vetus & nouum Testamentum i. liber continens doctrinam & historias veteris & noui Testamenti, seu Legem & Euangelion, vel Enallage est: Onus Niniue liber visionis i. de onere seu poena Niniues liber prophetæ Nahum Elchesæi.

NA H V M latinè consolatorem seu consolatum significat, à τόν. Vnde Capernaum vertunt vicum consolationis. Etsi autem maxima pars prophetæ Nahum seuerissima comminatio est horrendæ iræ Dei & poenarum aduersus Assyrios & omnes impios acholestes ecclesiæ: tamen simul confolatur reliquias regni Iudaici, abductis per Assyrios decem tribibus, superstitis,

sites, ut firma fide à D e o opem & defensionem expectent, freti hac dulcissima promissione, Bonus est Dominus & confortans in die tribulationis & sciens sperantes in se. *V I S I O N I S* i. prophetiae reuelatae Nahum. Significat enim visio idem quod prophetiam seu doctrinam prophetam, ut visio Esaiæ filij Amos i. prophetia de regno Iuda & Christi, reuelata Esaiæ. Nam plurimæ predictiones prophetis per visiones seu imagines & picturas rerum vigilantibus oblatis ostensæ sunt, ut Danieli series quatuor Monarchiarum cap. 7. & vocabulum ἡγεμόνες videntes, in genere significat Homines doctos & sapientes præsertim in doctrina de D e o : ut apud Pindarum Amphiaraus nominatur oculus Græci exercitus i. sapientia & consilio antecellens & regens totum exercitum. *H e l c h e s i*) patriæ nomen est in tribu Aser, cuius primum oppidum Ios. 19. Alchat nominatur, & Hieronymus narrat, sua adhuc ætate, in Galilæa sibi pagum eius nominis monstratum esse. וְיַעֲשֵׂה ut supra Micheas fuit מִשְׁתָּחָת Morastites seu de Maresa vrbe tribus Iuda.

Deus æmulator & vindicta Dominus. Orditur à PROPOSITIONE, seu maiore principalis Syllogismi, amplificata & ornata Synonymis, repetitione, explicatione, isocolis, metaphoris, exemplis, commemoratione effectuum. *Propositio Dialectica.* Deus est vindicta peccatorum, seu, D e u s horribiliter irascitur peccato, & seuerissime punit omnes impios. *Propositio Rhetorica, seu amplificata & ornata figuris.* Deus zelotes, & vindicta D O M I N U S. Vindex D O M I N U S & habens furorem. Vindex Dominus in hostes suos, & reseruans iram inimicis suis. D O M I N U S longanimes & magnus fortitudine, non dimittet scelera impunita. Domini in tempestate & turbine via est: increpans mare & exiccans illud, sicut Pharaonem & Aegyptios tempestate & turbine in mari rubro oppressit. Significat autem vox οὐρανού Z E L O T E S, Deum instar mariti honesti ardenter amare genus humanum, & vicissim velle ab eo se solum super omnia amari & omnibus iusticiæ ac virtutum officijs coli: ideoque seuerissime irasci omnibus & punire omnes, qui se vero Deo neglecto & spredo, idola colunt, & iniusticiam, voluptates, rapinas, libidines, auaritiam & alia scelerum magis sectantur & amant, quam Domini Dei sui mandata. Ex hac Metaphora vocis zelotes, qua Moses in primo præcepto, & Nahum hoc loco viritur, sumpta est collatio fidei coniugalis seu nuptiaruin, cum foedere inter Deum & ecclesiam: & idolatriæ seu impietatis, cum adulterio & scortatione: Quam collationem Ezechiel cap. 16. 23. Christus ipse Matth. 22. 25. Paulus Ephes. 5. 2. Corinth. 11. Elaias 61. Ose. 1. Iohannes cap. 3. & Apocal. 19. usurparunt.

Vt autem altius penetraret & aculeos veri timoris Dei in animis lectorum hæc sententia de iustissimo Zelo & horrenda ira Dei aduersus peccatum relinqueret: Propheta, Epitheon V I N D I C I S seu vltoris ter repetit, & aliquot Synonyma idem significantia adiungit, congruentia cum visitatis dictis ad primum Decalogi præceptum pertinentibus. Psalm. 61. Vtique est Deus iudicans in terra. Iob. 9. Scio Deus quod non parcas omni delinquenti. Εχαθεὶς ἐκδίκωσθαι. Cernit Deus omnia vindicta. Οὐδὲς αἰθέριος δέλτιος τῶν οὐρανῶν διάτοιχος. Nullus homo poenam sceleris reus effugit inquam. Τῷ θεῷ προσδιορέντα δικαιώσταν, ἀεὶ ζευγέτερη δίκη τῶν δοτελεπομένων τῷ θεῷ νόμος θυμῷ.

Habens furorem i. vehementer irascens & ardentes flammæ indignationis concipiens aduersus delinquentes, à εἴη vel εἴη caluit

caluit, æstuavit. Opponuntur autem in sacris literis, Furor i. secura iusticia ac ira Dei, & iudicium, sicut in Ethicis, summum ius & *omnianus*, Ierem. 10. Corripe me Domine in iudicio, i. *omnianus*, non in furore tuo (non summo iure) ne forte ad nihilum redigas me.

Irascens inimicis suis) την retinens seu referuans iram & vindictam aduersus hostes, etiamsi aliquandiu poenas differt, sicut statim addit: *Domina longus iris* seu tardus ad irā i. diu tolerat peccata & differt poenas, vt aliquos ad pœnitentiam inuitet. Rom. 2. An diuitias bonitatis & patientiae actionis ganimitatis Dei contemnis, ignorans quod bonitas Dei ad pœnitentiam te inuitat, sed iuxta duritatem tuam & cor impœnitens cumulas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique iuxta opera sua. Euripides. ζεόντα τέος θεός: οὐ τέλος γάρ οὐ μετ' ιδειται τοις οὐρανοῖς οὐδὲ τοις οὐρανοῖς τεφύκαστον οὐτοις οὐρανοῖς. Et mundans non facit innocentem. In Ebraeo est, Venake lo ienake. Et mundando non mundabit, seu, absoluendo non absoluere i. neminem à peccato seu culpa & poena vacuum pronunciabit: etiamsi humano iudicio iustus, mundus, & innocens videatur, sicut Aristides, Socrates, Seneca, et si coram mundo non sunt nocentes, tamen coram Deo non sunt mundi & innocentes, sed sine rei iræ Dei & æternarum pœnarum. Verum hoc in loco simpliciter hæc Phrasis, Mundando non mundabit, significat à Deo neminem nocentem à poena absoluere & liberari, & nullius sceleræ relinquere impunita. Ei enim poenas aliquantisper differt, & lento gradu ad vindictam sui procedit, tamen tarditatem supplicij grauitate compensat. ac vt saua tempestas & turbo omnia obuia circumagit, obruit, prosternit & funditus evertit: illi Deus etiam magnos monarchas & reges ac regna tristissimis calamitatibus & cladibus rotata & contorta evertit, sicut *Typhoeus* ventus, quem Græci ab impetu Typhonem, Plinius vorticem vocat, repente incumbens mari, naues in gyrum torquet, & contortas frangit & submergit: in terra vero arbores & sylvas prosternt, & pulueres ac saxa obuia huc illucque verrens iactitat. Sic Deus Pharaonem in mari rubro rotatum postrauit, cuius ipsius historiæ, inter insignia & maximè illustria iræ diuinæ & pœnarum aduersus peccatum exempla, hoc in loco Nahumus meminit.

Increpans mare & exiccans illud) Exod. 14. Et flumina arefaciens Ios. 3. *Infirmatus est Basan & Carmelus*) Terra ipsa & campi atque agrifertilissimi steriles & saluginosi redduntur propter peccata inhabitantium. Esa. 24. Propter hoc maledictio deuorabit terram, quia peccauerunt habitatores eius, sicut hodie totam Palæstinam olim lacte & melle manant ferunt plane sterilem & infœcundam esse. Fuit autem *BASAN* uberrima & fertilissima regio Palæstina inter Iordanem Libanum & fines Coœlyria & Ammonitidis comprehensa, cuius regem Og Moyses interfecit, Num. 21. Deut. 3. *ter* significat confusionem vel pinguedinem. *CARMELVS* mons fuit in tribu Zebulon & Isaschar, uberrimis vineis, agris & olivæ alijsq; hortis consitus, quem torrens Cison alluit, Ios. 19. 3. Reg. 18. Nomen habet à foecunditate, & in genere agrum fertilem, frugum, vini & fructuum significat. Esa. 29. 32. Ierem. 24. *LIBANI* montes Palæstinam à Phœnicia separantes noti sunt. Significat autem Metaphorix, summos Principes ac reges & regna potentissima, & omnino quidquid in mundo sublime, clatum, pingue, opulentum & gloriosum est, a Deo irato everti & in nihilum redigi; Luc. 16. Abominatio est coram Deo, quid

Domini in
tempestate &
turbine via
eius.

quid est sublime in Mundo. Herodotus. Οἰλέδο θεὸς ταίτα τὰ ἔπειρα κολεψθεὶς εἶναι Φεούσθη αἷλον μέγα οὐ θεός εἰ μὴ έαυτόν.

Ante faciem indignationis eius quis stabit & quis consisset in ira furoris eius. Tanta magnitudo est iustissimæ iræ Dei aduersus peccata, ut nullis viribus humanis perferri & sustineri possit. Ideo cum ira Dei aduersus vnum tantummodo peccatum in nos effunditur & vere sentitur, horribiliter constringat & tristissimis paucoribus extinguit reum, sicut Iudea, Saulis & multorum exempla ostendunt. Gratia igitur immensa filio Dei à nobis debetur, qui immensam molem huius tristissimi oneris in se deriuauit, ut nos eo leuaremur. Huc pertinet Psal. 130. dictum, Si iniquitates obseruaueris Domine, quis sustinebit? Item, descriptiones magnitudinis iræ Dei. Psal. 38. & 69. 77. *Indignatio eius effusa est ut ignis.* Deut. 4. Deus ignis consumens est, Vindicibus flammis sibi qui contraria delet, Ipseq; iusticiæ regula sola manet.

In diluvio prætereunte consummationem faciet loci eius i.e. cùm calamitates publicæ, velut diluuia, inundant, & omnia deleturæ esse videntur, Deus bonus & confortans in tribulatione, citò eas præterire finit, & consummationem facit loci eius, scilicet, diluuij i.e. mitigat & finem facit diluuij & ærumnarum, seu dat cum tentatione exitum, ut Paulus loquitur, sicut exercitus Sennacheribi velut diluum obruens regnum Iuda, præteriuit mœnia urbis Hierosolymæ & consummatione sublatus est liberato Ezechia & toto regno Iudaico. Psalm. 32. In diluvio aquarum multarum ad eum non appropinquabunt. Sed inimicos Dei Assyrios persecutæ sunt tenebræ i.e. tristissimæ calamitates & πανωλεθρία, sicut historia Esaiæ 37. 4. Reg. 19. testatur.

Quid cogitatvs contra Dominum? Apostrophe ad Assyrios. Proverb. 21. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra D O M I N U M. Equus paratur ad diem belli, Dominus autem victoriam tribuit. Psal. 82. Cogitauerunt consilium aduersus sanctos tuos. Dixerunt, Venite & dispersamus eos de gente, & non memoretur nomen Israël ultra, quoniam cogitauerunt vnamiter simul aduersus te, fœdus disposuerunt. Deus meus, pone illos ut turbinem, & sicut stipulam ante faciem eius, sicut ignis qui comburit syluam, &c. Pindarus. Εα μάχαν, ξα πόλεμον χωρίς θεό. γλυκὺ τοῖς νοῦς ηὔχεται οἴνων Θεός.

Consummationem ipse faciet i.e. finem faciet vestri & funditus vos delebit. Non consurget duplex tribulatio. נִמְלֵא מִזְבֵּחַ נֶה. Nam vna nocte Angelus vos penitus delebit & perdet, ut nihil opus sit secundo poenam repetiri. LXX. Interpretes hæc verba verterunt. οὐν ἐνδικήσει δις ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐντολῆς. Non vindicabit seu indicabit bis in idipsum in tribulatione. Hæc interpretatio occasionem præbuit multis quæstionibus sententiariorum in distinct. 22. lib. 4. Longobardi, & citatur in Iure Canonico 23. q. 5. cap. Quid ergo. & de poenitentia distinct. 3. C. Sunt plures, & alibi, vna cum narratione Ieronymi. Non vindicabit Deus bis in idipsum, Ergo qui in hac vita puniti sunt impij, post hanc vitam non punientur. Nam si postea punientur, scriptura mentitur, quod dicere nefas est. Recepérunt ergo, & qui in diluvio perierant, & Sodomitæ, & Aegyptiæ & Iraclitæ in deferto mala sua in vita sua, &c. Sed hæc de illis tantum intelligenda esse Gratianus monet, qui inter ipsa flagella poenitentiam egerunt, quam etsi breuem & momentaneam, tamen non respuit Deus, sicut & illud prophetæ, Non iudi-

cat Deus bis in idipsum, de his tantum intelligi oportet quos praesentia supplicia commutarunt, super quos non consurget duplex tribulatio. Qui autem inter flagella duriores & deteriores fiunt: vt Pharaon, qui flagellatus a Domino durior factus est: praesentibus aeterna connectunt, vt temporale supplicium sit eis aeternae damnationis initium. Hæc explicatio et si per se plana & vera, tamen huius loci non omnino propria est.

Quia sicut spinæ se inuicem complectentes, devorabuntur sicut stipula. Assyrii 185000. obsidentes urbem Ierosolymam, vigentes robore, & latentes, coniunctis viribus & aculeis suis prorsus lacerare & confodere regem Ezechiam instituunt, sed priusquam dimidium furoris sui absoluunt, velut stipula arida ab igne conlumitur, ita ipsi ab angelo trucidantur. Eodem similitudine, a spinis sumpta, irritos conatus hostium ecclesiæ decubit Psalmus 58. Diffluent ut aqua decurrentes: dirigent sagittas contra ecclesiæ nec ferient eam, quia arcus frangentur (sicut Herodotus recitat historiam Sennacheribi obsidentis Ierosolymam, quæ tamen non integræ ipsi nota fuit, Assyriorum pharetras & sagittas a muribus corrosas fuisse scribit.) Arescent ut cochleæ, ut abortiuin non videbunt Solem, sicut s. 2. n. a. s priusquam excrescant, sic viuentes, sic ira absorbebit eos. Lutherus, Ein Dornpusch schlehet aus mit viel Stacheln vnd gibt Stechen vnd Frasen für. Aber che sie hart vnd reiss werden / kommt ein zornig Heil über sie / vnd heisse sie in den Ofen kriechen vnd aschen werden: Also habens diese auch gros im Sinn / vnd ihr ding sol fort gehen / vnd wirt doch nichts daraus. Hæc collatio infligem lucem adfert comminationi Prophetæ de excidio Assyriorum, qui cum essent spinæ vigentes succo & armati aculeis, tamen sicut stipula arida subito igne iræ diuinæ consumpti & ab Angelo trucidati sunt, sicut Esaïas etiam prædixerat, facti sunt velut fœnum agri, & velut virens herba lectorum, quæ arefacta est antequam veniret ad maturitatem. Habitaculum tuum & egressum tuum ego cognoui, & insaniam tuam contrame. Cum fureres aduersum me, superbia tua ascendit in aures meas: ponam ergo circulum in naribus tuis, & frænum in labijs tuis, & reducam te invi per quam venisti.

Ex te enim exiuit cogitans contra Dominum malitiam consiliarius impiorum Rabsaces, qui Esa. 36. 4. Reg. 18. horrendas blasphemias in DOMINA Deum Israël euomens, deditio[n]em regi suo fieri petit. Si perfecti fuerint. Apostrophe ad populum regni Iuda. Si perfecti fuerint & ita plures i.e. etiam si perfectissime & plurimis copijs instruicti venerint, tamen attendentur, interficiuntur ab Angelo sicut pili nouacula refecari & tolli solent. Esa. 7. Rader Dominus nouacula conducta hos qui trans flumen sunt. Affixi te. Iudam. Conteram virgam eius. Sennacheribi regis Assyriorum. Et præcipiet super te Dominus. Rursus ad Sennacheribum regem Assyriorum oratio vertitur. Non seminabitur ex nomine tuo amplius. Seminatum non manebit in possessione regni, sed peribit. Εὐτελέων ταῦτα. doceō δὲ οὐ. Lutherus interpretatur de feiente agrorum, qui in regno Assyriorum non amplius sub nomine & tutela Sennacheribi coleinur. De domo Dei tui succidam te. Nam post fugam ab urbe Ierosolyma die 45. Sennacherib Rex Assyriorum, in templo Dei sui Nefrach, a proprijs filijs interfectus est. Esa. 37. 4. Regum 19.

Ecce super montes pedes Evangelizantis, & annunciantis pacem: celo

Iuda festiuitates tuas & redde vota tua. Simplicissima & cum tota serie narrationis congruens sententia est, post trucidatos ab Angelis Sennaheribи exercitus opreatissimum euangelion seu dulcissimum nuncium de interitu Assyriorum & fuga Sennaheribi & pace restituta in montanis Iudææ sparsum iri. Ethoc pacis beneficium ad eum finem præcipue referendum esse, ut in pace festi dies celebrentur, in quibus homines pie de Deo & Messia promisso, ipsiusq; beneficijs doceantur, & iuuentus ad veram Dei agnitionem & inuocationem erudiatur & vota ac sacrificia laudis & gratiarum actionis Deo pro acceptis beneficijs reddantur. Nam ad hunc finem pax dirigenda est, non vt in ocio & tranquillitate omnibus voluptatibus & libidinibus nos dedamus, sed vt doceri homines de Deo, & ad veram pietatem & omnium virtutum officia fleti possint, Sicut Paulus iubet pro Magistris precari, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & honestate.

Etsi autem hæc interpretatio, vt dixi, simplicissima est: tamen cum Paulus Roman. cap. 10. prorsus simile dictum, Quam speciosi sunt super montes, pedes euangelizantium, annunciantium pacem & bona prædicantium: ex Esaia citet, & ad ministerium euangelij de Christo accommodet, nos quoque eius autoritatem sequi tuto possumus. Primum igitur hac sententia moneri nos statuamus de immensa bonitate & misericordia Dei aeternam ecclesiam ex genere humano colligentis, & veram sui agnitionem, iusticiam, consolationem, vitam & salutem aeternam, offerentis & exhibentis hominibus per hoc unum medium, & non aliter, videlicet, per vocem euangelij a nobis auditam, lectam, cogitatam, fide adprehensam, sicut Actor. 11. Angelus inquit, Loquetur tibi verba, per quæ saluaberis tu & domus tua. Roman. 1. Non pudet me euangelij Christi, potentia enim Dei est ad salutem omni credenti. Ut igitur innotescat & exaudiatur in toto genere humano vox euangelij Christi, instituit Deus publicum ministerium docendi seu annunciandi euangelion: idq; personis certis legitimè vocatis commendauit: inter quas primus euangelista fuit ipse Filius Dei in Paradiso annuncians primis parentibus pacem & reconciliationem cum Deo per semen mulieris conterens caput serpentis. Deinde idem munus Euangelizandi de Christo & annunciandi pacem obiuerunt Patres & Prophetæ, qui omnes de Christo testimonium perhibuerunt, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnem qui credit in eum. Tandem Christus ipse & Apostoli pedes Euangelizantium super montes, hoc est, Nuncij & Legati Dei, prædicantes euangelion gratiae, in montanis Iudææ, & omnibus locis totius orbis terrarum, fuerunt. Perhorum pedum seu nunciorum vocem, cum aeternam sibi ecclesiam Deus colligat & aeterna bona hominibus impertiat: maiori etiam reuerentia ipos euangelij ministros a nobis venerandos & tuendos esse statuamus. Deinde discriben ministerij Euangelij & Legis in hoc dicto propositum consideremus. Nam euangelion omnibus hominibus annunciat pacem & bona i.e. remissionem peccatorum, reconciliationem seu pacem cum Deo, liberationem a morte, & restitutionem vitae, iusticiae & laetitia aeternae in Deo: vt in natali Filii Dei Angelus Gabriel, & reliqua militia coelestis, cantunt, Gloria in excelsis Deo, & in terra Pax, hominibus laetitia. Roman. 5. Iustificati fide pacem habemus per Dominum nostrum Iesum Christum. Lex vero non pacem, sed iram Dei horrendam, & aeternam maledictionem hominibus denunciat & comminatur. Deut. 27. Maledi-

Etus omnis , qui non permanet in omnibus , quæ scripta sunt in libro legis .
 Rom. 4. Lex iram operatur . Tertiò . Epitheton Ministrorum euangelij in Esaia additum expendatur , quod ait speciosos seu formulos & amabiles esse pedes Euangelistarum , quia lætissimum nuncium gratiae & vita æternæ adferunt . Hoc encomium opponitur virulentissimis mundi iudicij , qui pedes seu cursores & Ministros euangelij , tetterima ~~ad aquam regiam~~ ~~ad aquam regiam~~ esse iudicat , quibus tota rerum natura deformatur & polluitur , primæ Corinth. cap. 4. Quarto . Cum Propheta doceat , Apostolos , & cæteros cursores seu nuncios Dei , Euangelizare pacem & alia bona ; simul inonet regnum Christi verbo administrari , & pacem ac æterna bona verbo euangelij auditio & fide accepto , non armis corporalibus , nobis impertire , sicut supra in 4. capite Micheæ , quatuor discrimina regni Christi & mundani recitauimus . Quinto . De festorum dierum celebratione discimus eos non ad conuiua , ludos , choreas , & spectacula , sed ad præcandam , audiendam & descendam veram de Deo doctrinam & reddenda Deo vota inuocationis , laudis & Gratiarum actionis conuertendos esse , sicut hic inquit Propheta : Celebra Iuda festiuitates tuas & redde vota tua . Est autem v o t u m in genere , promissio Deo facta sponte & consulto de re possibili . Sunque ea , quæ Deo vountur , vel præcepta verbo Dei , que necessario singulis reddenda & seruanda sunt : vt singuli Iudai circumcisus , & singuli Christiani in Baptismo vount se vnum verum Deum patescunt in ecclesia certo verbo velle agnoscere , timere , diligere , inuocare , colere & pro acceptis beneficijs celebrare , sicut se in suo verbo agnoscit & colit præcepit . De his votis in Psalmo dicitur : Immola Deo sacrificium laudis , & redde altissimo vota tua . Inuoca me in die tribulationis , & cripian te , & glorificabis me . Item , Tibi sacrificabo hostiam laudis , & nomen Domini prædicabo . Vota mea Domino reddam , scilicet , quæ in primo præcepto vovi . Et in hoc Nahumi loco , Celebra Iuda festiuitates tuas & redde vota tua . Alia sunt vota prohibita verbo Dei , vel quæ sine peccato præstari non possunt , vt multa vota monastica . Alia sunt Adiaphora , vt ieuniorum , vestium certarum , rasuræ , cantionum . Talium obseruatio nec remissionem peccatorum meretur , nec cultus est Deo placens per se , vt Matth. 15. dicitur : Frustra colunt me mandatis hominum . Sed primi generis votum verbo Dei præcepta , sunt cultus seu talia opera , quibus Deus se honore affici & coli iudicat . Sexto . Cùm euangelion annuncians pacem & æterna bona certis scriptis comprehensum sit , quæ vult Deus à nobis legi , cogitari , & alijs hominibus prælegi & explicari : cogitemus labores docentium in Scholis & dissentientium literas , linguas & artes ad intelligendam & explicandam cœlestem doctrinam necessarias , Deo placere , & diuinose à nobis suscipi & coli oportere . Ideoque doctrinæ studia & Scholas ipsas magis amemus & omnibus officijs foueamus .

Caput II.

Propri

III.
IV.
V.
VI.

Dispositio & summa capitum est, V R B S N I N I V E horribiliter
euertetur. Hanc propositionem Rhetoricè amplificat & ornat Pro-
phetæ figuris grauissimis & plane Poëticis, distributione antece-
dentiū, Niniue obsidebitur, oppugnabitur, capietur, diripietur, & fun-
ditus destruetur. Deinde has singulas partes illuminat & ornat similitudi-
nibus, Metaphoris, imaginibus, quas εικόνας vocant, Hypotyposibus, ex-
positionibus, Ironijs, Sarcasmis & alijs, de quibus inter prælegendum
monebo.

A Scendit & dispersor in
conspicuum tuum, vt
custodiat obsidionem.
Contemplare > viam, conforta
lumbos, robora potentiam tu-
am valde. Quia reddidit D O M I-
N V S superbiam Iacob, sicut su-
perbiā Israēl: quia vastarūt eos
vastatores & propagines eorum
corruperunt. * Clypeus fortium
eius rutilans, viri exercitus eius
purpurei: Currus sicut flammæ
ignis in die præparationis eius.
Et fraxini tremuerunt. In plate-
is conturbati sunt currus, collisi
sunt in plateis: aspectus eorum
quasi lampades quasi fulgura &
discurrent. † Recordabitur forti-
um suorum: impingent in am-
bulationibus suis: Festinabunt ad
murum eius: & præparatum erit
tegumentum. * Portæ fluuiorum
apertæ sunt, & Palatium de-
solatum est. Et astans (Regina)
captiuæ abducta est, ascēdere iuf-
fa est: Et ancillæ eius deducentes
instar vocis columbarū: tympanizantes
super corda sua. Et N I-
N I V E quasi piscina & aquarū à die

* Dissipator regni Assyri-
orum, Cyaxares Medus. ^{I.} [†] O S S I D I O
Vt te obsideat. Ironiæ.
mittas exploratores, aut col-
loca insidias in via, per quam
hostis veniet. ^{2.} Armis te
cinge, induc παραστάσια, & o-
mnem potentiam ac vires tu-
as exere. ^{3.} Quam exer-
erunt Assyrij erga populum
Israēl & Iuda. ^{4.} οὐρανοὶ eu-
cuarunt ex terra sua Israēli-
tas Assyrij euacuatores. ^{5.} * Hypotypo-
Filios & filias, qui ex paren-
tibus, vt rami ex stirpibus ar-
borum propagantur. ^{6.} E-
braicē וְעַלְמָנִים vermiculati,
seu sanguinolenti, & rubeo
vermiculi colore tinctis ve-
stibus induti. nam ex grano
fruticis Coccii vermiculus
nascitur, cuius sanguine tin-
cta lana, splendentem rube-
um colorem imbibit, quem ^{7.} ^{2.} O P P Y -
vulgo Scharlach, à Græca G N A T I O
voce σκαληκιον, quæ vermi-
culum significat, nominant.
Coccii & vermiculi descri-
ptio extat apud Pausaniā in
Phocicis, quæ lucem adfert
in signi illi Esaiæ dicto, Si
fuerint peccata vestra sicut
coccinum, & rubra sicut ver-
miculus, veluti lana alba e-
runt. Verba Pausaniæ sunt:
Γένεται δέ αὐτῇ μέγεθος μὲν ἡ πόλις
κατὰ τὴν ἑράκλειον καλλιμέ-
νην. Φύλλα δὲ μελάντερα μὲν καὶ
μαλακώτερα ἢ ηχοῖς. τὰ μέρη
τοι ἄλλα ἐσκότα ἔχει τῇ ηχοῖς. οἱ δὲ
bus

N I N I V E S.

O P P Y -
V U B I S .

C A P T I -
V I T A S .

bus fuit, at ipsi fugerunt. State, state, & non (est) qui respiciat. Diripite argentum, diripite aurum: & non est finis diuitiarum. Onusta⁴ est omni supellectile desiderabili. Euacuata & exinanita & destructa est: & cor tabescens, & dissolutio⁵ genuum & defectio virium cunctorum lumbis, & facies omnium contraxerunt⁶ nigrinem. Vbi est habitaculum Leonum, & pascuum catulorum Leonum, ad quod iuit Leo, Leæna & catulus Leonis, & non (erat) exterrens Leo rapiens quantum satis erat catulis suis & suffocans⁷ Leænis suis. Et impieuit præda speluncas suas, & habitacula sua rapina. Ecce ego ad te, dixit D O M I N V S exercitum, & succendam fumo⁸ quadrigas tuas, & leunculos tuos consumet gladius, & exterminabo de⁹ terra prædam tuam, & non audietur ultravox nunciorum¹⁰ tuorum.

libro sexto παιδίας κύρος. Κατεστιλάζετο ἦν ἀρματα, ἐπ τὸν αὐχμαλότον στρῶν, καὶ ἀλλοτεν ὅποθεν διώσατο. καὶ τὴν μὲν τρωιλέον διφέρειαν πέσσαν, καὶ πολεμίων εἴτε νῦν ἔσται ἀρματηλασίαν κατέλυσε, τὸν δὲ πέσσαν χρόνον, καὶ οἱ ἐπ τῷ μητροπολίτῃ πέσσαντες οἱ πάτερες οἱ οὐ τῇ ασίᾳ τοῖς ἀρμασιν ἔπειστο, οὐδεὶς μη οἱ πολεμίων. Εδοξε¹¹ ἦν αὐτῷ, &c. Ascribam enim totum locū Latinē. Instruebat vero curris, tam de curribus captis, quam aliundē, unde cunque concederetur. Atque curulem agitationem Troianæ rationis veterem, & quæ nunc quoque usurpatur, aurigarum Cyrenaicorum, reiecit & remouit. Superioribus enim temporibus tam Medi quam Syri & Arabes & Asiæ incole viuunt, eo modo curribus utrebantur, quo nunc etiam Cyrenæi. Statuit autem ipsa eam exercitus partem, in qua plurimum roboris esse par forer, quod praestantissimi virtute quique curribus veherentur, ita vicem tenere velutum, neque multum ad victoriam conferre. Nam currus trecenti, dimicantes exhibent trecentos, & hi utuntus equir mille ducentis, habentque aurigas

scilicet

αὐτῆς καὶ περιόμενοι τῷ καρπῷ τῆς σερύχου, μέγεθος μετεῖ κατὰ δρόσον γίνεται δέ τοι σὲ τῷ καρπῷ τὸν πόκον τοῦ βραχίου λέγεται, τὸν δὲ καρπόν, τότε καὶ φίκοιτο εἰς τὸν αἵρα πιπάκην. Ἐπειδὴ καρπόν, καὶ οὐκοῦ πάντας Φάρνητος αὐτούς ὃ πεστερὸν πέμψη τὸ Σαρνού χωμάτιον, συλλέγετος τὸν πόκον τοῦ καρπού, εἰς τοῖς ἑριοῖς ή βαθή, τὸ μέρος τοῦ. Vt Darius Rex Persarum somniabat Alexandri magni exercitum ardensem per Asiam incedere & Babylonem venire. Quæ imago significabat, Macedonicū exercitum summa celeritate & vehementia penetrare & peruagari totam Asiam & omnia obuia domare ac vincere. * Cū preparati & instructi ad Ninjuen obsidem accurrerent. * Halas fraxineas concutunt & vibrant bellatores, qui in curribus sedent. Materia pro formato. Passim autem descriptiones curruum militum, τετραρύμων καὶ ὑπόρρυμων δρεπανοφόρων, & praliatum ex curribus, & hastis principiū concurrentium, in οὐδείᾳ Cyri apud Xenophontem, in Homero & alijs scriptoribus extant. Xenophon

scilicet eos, quibus virtute præstantes potissimum freti sunt, ad trecentos. Et hi sunt ij qui nihil proorsus lœdunt hostes. Talem igitur Cyrus rationem curulem remouit, & pro ea currus bellicos instituit, rotis firmis, ne facile comminuerentur, axibusque longis. Minus enim citò lata omnia euertuntur. Sellam autem in curru aurigarum tanquam turrim lignis firmis construxit. Est autem altitudo harum pertinens ad aurigæ cubitos usque, ut supra eas habenis equi regi possint: ipsos vero aurigas loricis armavit undique exceptis oculis: apposuit insuper falces ferreas ferme cubitum duum, virinque ad axes, & alias inferius subter axes spectantes in terram, quod in aduersarios facturi impressionem essent curribus. Et paulo post. Cum Cyrus autem vidisset currum illius cum temonibus quatuor, considerando animaduertit, fieri posse ut cum octo quoque temonibus currus efficeretur, &c.

* Præ multitidine & festinatione nullum ordinem seruant, & inter se collidunt currus militares. * Ut Homerus Achillem armis radiantem, & velut Sirium stellam scintillantem, pingit. Παρφάνος, ὁ τὸν ἀστέρα ἐπιστήμην πεπίσθιαν. ὃς δέ τις ὅπλης ἄνδρος, ἀριζόλοις δὲ οἱ αὐγαὶ φαινούμενοι, πολλοῖσι μετ' ἀσρασινών ἀνδρῶν. ὃν τε κανὸν ὁσιων οὐ πεπίσθιαν καλέσον. λαμπερότατος μὲν δέ τοι εἶ. ὃς δέ χαλκὸς ἔλαυπτε τερπεῖ τῆθεος θεοντος. Εἰσεντος. ε Duo fulmina belli Scipiadæ. . Viri fortes in exercitu Cyaxaris ad oppugnationem murorum alacri animo accurentes præ nimia festinatione impingent. * Testudo, crates vimineæ, & alia operimenta bellica, quibus tecti oppugnatores murorum, aduersus tela, ex muris se defendentium, tuti & muniti sunt. ε Portæ urbis sitæ ad fluvium Tigrem ab hostibus occupabuntur, sicut in priore etiam oppugnatione urbis Niniæ, quæ annis 210. hanc antecessit, tempore Sardanapali, Arbaces primum per portas & partem muri inundatione Tigridis deiectam, in urbem irrupit, teste Diodoro Siculo lib. 2. Erat responsum pro genitoribus datum, nunquam Niniuen capi posse, nisi cum fluuius urbi hostis fieret. Quod Rex nunquam futurum ratus, spem ceperat obsidionis traducendæ: & simul futura auxilia expectabat. Hostes urbem, quam propter moenium altitudinem expugnare nequibant, obsedere. Nondum enim catapultæ, neq; vinearum, neq; arietis, quo muri urbi deiiciuntur, usus erat. Iis qui in ciuitate erant, omnes ad victum res, & obsidionem tolerandam necessariæ, regis cura ad id antea impense supererant. Cùm duobus annis obsidio perseverasset, per summum otium obsecorum, tertio continuo imbribus excrescens supra modum fluuius cum partem urbis inundasset, muros deiectit ad stadia viginti. Hinc rex existimans tempus oraculi aduenisse, desperata salute ne in hostium potestatem perueniret, pyram in regia ingentem extruxit: superq; eam auro argentoq; omni ueste insuper regia impositis, vxoribus quoq; atq; eunuchis in medio pyræ recluis, se cremandum vna cum his in ignem iniecit. Hostes audita regis morte, urbem per eam, quæ ab oraculo prædicta erat, muri partem ingressi, Arbacem regia stola induitum, regem appellarunt, omnium sibi rerum potestate permissa.

* Ebraice 227 Statuta, à ἡν̄ stetit ην̄ statuit. Thargum vertit ἡν̄ Regina: sicut Psalm.45.dicitur, אֲשֶׁר־בְּנֵי־עַמּוֹן אָסִתִּיתִי coniuncta à dextris. Quidam Hyzab nomen proprium Reginæ Assyriorum esse existimat. * sci- licet currum, ut capta abduceretur. * הַנְּחַתָּה participium præsens secundum coniugat. (אֲשֶׁר) deducentes seu comitantes Reginam, emitunt vocē sicut

sicut columbae i. ingemiscunt ut columbae. ^ο ἔτερον antea ad pulsum tympani chorcas duxerunt: nunc captiuæ incedunt pulsantes præ morore & luctu pectora sua. ^{καὶ} Plena hominibus, & immensis opibus, quæ ex omnibus gentibus, bello victis, eò confluxerant. Nunc capta vrbe est plena sine aqua, Nam ciues aufugiunt: estq; prorsus effusa & irrevocabilis fuga. ^{πλευρας} In Ebraeo est πόλις της Κατάβασις, γρauitas præ omni vase seu velte desiderabili i. grauis & onusta est omni supellectile & veste preciosa: sed per hostes toto hoc onere lenabitur, seu spoliabitur. ^{μεταβασις} Homerus ^{περιπλανησθεντος} nominat, cum præ metu & pauore genua labant, & animo prostratae & dissoluta concidunt. ^{λα. v. 8 μέτρα γαρ τε κακώς τρέπεται γένεσις αλλαγή.} εἰδε οἱ ἀτρεμεῖς πόλεις εἰσιν ἡρακλείας, αλλα μετουλαῖς, καὶ εἰπὲ αὐτῷ φορέας τῶν δασῶν. εἰδε τε οἱ καρδιαὶ γίλα τέρνοισι πατάσι κῆρας οισμένω, πάταγος δὲ τε γίνεται οδόντων. ^α Præ nimio morore & dolorum ac calamitatum assiduitate colore faciei luridum & tectum contraxerunt: sicut milites ex bello Danico nuper reuersos vidimus non dissimiles illis, qui in fumo aliquot hebdomas pependissent. Eadem phrasis usurpatur Esa. 13.

Vbi est habitaculum Leonum? Epinicion seu carmen triumphale de capta & direpta Niniue: in quo urbem Niniuen, speluncae Leonis: Regem Assyriorum, Leoni robusto & saeuo & omnia vastanti ac ad se rapient: Reginam, Leænæ: Principes ac Duces regni, catulis Leonum confert. Simile Epinicion de excidio Babylonis seu Romæ extat Apocal. 18. 19. ^b Sufocans seu necans alia animalia, quæ concubinis & catulis suis deuorabantur. ^c Animalibus raptis. ^d Igne fumante. ^e Non amplius præaberis, finis erit tyrannidis tuae. ^f Ducum & præsidum, qui à te in provincias mittuntur. 1. Pet. 2. Obedite propter Deum regi, vt summo magistrati, & ducibus, vt qui ab eo mittuntur, ad vindictam malefacentium & laudem beneficientium.

Caput III.

Propositio.
Vrbs Niniue
v. e horribili-
liter euerte-
tur.

Nec ciuitati sanguinum,
tota mendacio (*E*) rapi-
na plena, non cessat (*in ea*)
rapina. ^g Vox flagelli, &
vox strepitus rotæ, & equus fre-
mens, & currus saltantes. Equita-
tus ascendens, & ^h flamma gladij,
& fulgor hastæ, & multitudo in-
terfecta & copia cadauerum, &
non est finis, corporum corruent
in corporibus suis.

canit flagellum ex loris pellium factum, à σκύτῳ scorium. ⁱ Equites el-
uant flammatantes seu micantes gladios & corucantes hastas. ^j Ingens &

C A V S A E excidij sum
Tyrannis, falsa doctrina, ido-
lolatria, Tyrannis rapina.
^k Ciuitatis sanguinum. crudelis
tyrannicæ, quæ multum san-
guinem effudit, & cuius san-
guis vicissim effundetur. Hypotyposis exercitus Me-
dorum oppugnantis Nini-
uen. ^l Scilicet audiunt
Man höret die geiseln flappen/
vnd die Keder rasseln / du
Rosse schreien / wie à cir-
cumeundo seu circumponen-
do. Vulgo scuticam vo-
cant flagellum ex loris pellium factum, à σκύτῳ scorium. ^m Equites el-
uant flammatantes seu micantes gladios & corucantes hastas. ⁿ Ingens &

Propter multitudinem fornicationum meretricis gratiosæ & maritæ & maleficiorum, vendentis gentes fornicationibus suis & familias maleficijs suis.

Ecce ego ad te, dixit D o m i n u s exercituum, & reuelabo simbriast tuas , super faciem tuam , & ostendam gentibus turpitudinem tuam & regnis ignominiam tuam. Et proijciam super te naufragium , & contumelijs afficiam te, & ponam te quasi spectaculum. Et erit(vt) omnis , qui viderit te , resiliat à te : & dicat yaftata est Niniueh , Quis ' commouebitur ei ? vnde quæram consolatores tibi ?

Nunquid meliores , quām
No^m A M O N , quæ habitat inter
flumina , aquæ in circuitu eius :
cuius propugnaculum est mare &
a mari murus eius. Aethiopia ^mfor-
titudo eius & Aegyptus ^m & non
(est) finis. Aphrica ^m & Libyes
fuerunt in auxilio tuo. Etiam ipsa
in transmigrationem abijt , in ca-
ptiuitatem : etiam paruuli eius al-
lis sunt in capite omnium via-
rum , & super inclytos eius proie-
cerunt sortem , & omnes optimas
eius constricti sunt compedi-
bus. Etiam tu ineibriaberis (ε)
eris abscondita , etiam tu quæres
auxilium propter inimicum. Om-
nes munitiones tuæ , (sicut) ficus ^m
cū primitiuis , si cōcussæ fuerint ,

horrenda strages erit & multitudo corporum occisorum, per quæ vix incedere possunt Medi. 5 Maleficæ seu præstigiatricis. , In eandem impietatem & spurcitem allientis, vel adquirentis, adiungentis, possidentis: sicut proximis seculis vrbs Roma suis ~~ωβανολογιαν~~ & idolomanij omnes Europæ gentes & familias fascinavit, & in eandem impietatem pertraxit. 6 Retegam impietatem & turpitudinem tuam, & omni priore gloria nudaram, omnibus gentibus ludibrio exponam. Fimbrias vestimentorum tuorum iniijcam in faciem tuam, vt prorsus nuda conspiciaris, sicut hoc tempore Deus idolatricos cultus, imposturas & abominationes regni Pontificij, Missarum, statuarum, indulgentiarum, omnibus gentibus retexit, detraeta specie sanctitatis & augusto titulo ecclesiæ catholice supra sedem Romanam fundatae. Condolebit. Est misera & nulli miserabilis.

* Comparatio à Maiori
videlicet excidio Nō, vrbis
Aegypti. Nō AMON Ac-
gypti vrbem fuisse certum est
ex cap. 30. Ezechielis, in quo
Aegypti vastitatē a Nabog-
donosore rege Babylonio
efficiendam prædicens, ter
mentionem facit vrbis Nō,
& quidem disertē p̄p̄ Nō,
multitudinem populosissimæ
vrbis Nō trucidatum iri mi-
natur. Et congruit cum Eze-
chielis concione vaticiniū
Ieremia de clade Aegypti,
cap. 46. vbi diserte eandem
vrbem Nō nominat. Ecce

Hh cadunt

Nihil animi
aut consilij
reliquum est
in populo.

Sarcasmi a-
cerbissime
insultantes
obsessis & vi-
ctis.

cadunt in os comedentis. Ecce
populus tuus mulieres in medio
tui. Inimicis tuis aperiendo apertæ
sunt portæ terræ tuæ, deuorauit
ignis vectes tuos. Aquas obsidio-
nis hauri tibi, fortifica munitio-
nes tuas, intra in lutum, & calca-
bitumen, fortifica & laterem. Ibi
deuorabit te ignis, succidet te gla-
dius, deuorabit te ut & bruchus:
Multiplica te & ut bruchus, multi-
plica te ut & locusta. Plures fac
negociatores tuos quam stellæ
sunt cœli, Sicut bruchi expansi
sunt & auolarunt. Nazaræi & tui si-
cūt locustæ, & capitanci tui quasi
bruchus bruchorum, qui confi-
dent in sepibus in die frigoris. Sol
ortus est & auolarunt, & non est
cognitus locus eorum, ubi fuerint.
Dormitauerunt & Pastores tui, ô
Rex Assur, in latebras se abdunt
Principes tui, dispersus est populus
tuus in montibus, & non est qui
congreget. Nemo & dolore affici-
tur in calamitate tua, nemo mo-
ret in plaga tua. Omnes qui audi-
unt, manibus suis & plaudunt su-
per te. Super quem enim non tran-
sift & malitia tua semper?

tus Alexandriæ inter aquas & maria, et si prorsus cum prophete verba
conuenit: tamen certum est, Alexandriam annis 400. post Nabumi tem-
pora primùm ab Alexandro magno conditam extitisse. Nec fuisse antea eo in
loco urbem ex Strabone appetat, & Arriano, qui initio lib. 3. condi-
tionem Alexandriæ describens, inquit: Ελθὼν δὲ εἰς καροσόν, καὶ πατὴ τὸν λιμε-
νὸν μαργίαν περιπλάνους, διπέδων ὅπερ τὸν Αλεξανδρεῖαν πόλιν ἔκτισεν. Αλεξανδρεῖα
νῦν δὲ καὶ ἐδοχεν αὐτῷ ὁ χωρὸς καλεῖται καὶ πόλις αὕτη, καὶ οὐδέποτε αἰδο-
μονα τὴν πόλιν. Πόλις δὲ λαμπεῖσαν αὐτὸν Σεργύας, καὶ αὐτὸς τὰ σημεῖα τῆς πόλεως

ego visitabo super Amōn de-
No. Significat autem p̄m gubernatorem, Oeconomū,
præfectum, suo consilio, au-
toritate & fide regentem o-
mnia, ab ipso fidelis fuit, si-
cut Sapientia Proverb. 8. in-
quit: Ego sum Amōn. Fuit
igitur ciuitas No, sedes sum-
mi gubernatoris Aegypti, vel
fortassis à Ioue Ammonem co-
gnomen accepit. Ieronymus,
& hunc secuti ferē omnes in-
terpretes, Alexandriam in-
terpretantur: cuius situs, in-
ter duo maria, Mediterrane-
um & Mareoticum, profor-
cum hac prophetæ descrip-
tione congruit. Qua habuit
inter aquas, aqua in circu-
eius, cuius antemurale est na-
re, & à mari innundat eius. Su-
bo lib. 17. Dao maria Alex-
andriam vndeque alluviant, al-
rum à septentrione, quod
Aegyptium dicitur, alterum
à Meridie, quod Maria la-
cus & Mareotis appellantur.
Hunc Nilus multis fossis tun-
e superioribus partibus, tun-
e lateribus adauget, per eum
multò plura importantur
quam ē mari. Sic vrbs Alex-
andria secundum 30. stadi-
rum longitudinem velut in
Isthmo sita est, qui cum fa-
nuofus sit, duo promontorii
in mare emittit, inter quæ in-
sula oblonga, Pharos, con-
nenti adiacet, que portum
claudit. Hæc descrip-
tio

τε ἀγορᾶς τὸν αὐτῆς δέμανδός ἐστι, καὶ οὐδὲ καὶ τὸ τεῖχος οὐδὲ τοῖς οἰκητοῖς. Quare vocabulo No vetustissimā superioris Aegypti metropolim THEBAS significari quidam existimant: ὅτι τὸ λαῦτα δόμοις εἰναι πόλις πάτα καταστατεῖσαι, αὐτὸς ἐπατόμπουλος εἰσι, δικόσμοις εἰναῖς αὐτοῖς εἰχθεῖσι σωὶς ἵπποισιν καὶ ὄχεοφιν. Hæc ducentis post Nahum annis, à Cambysē Persarum rege horribiliter vastata est, ut Strabo narrat. Nostro tempore duas tantum in Aegypto vrbes munitas florere narrant, qui inde veniunt, Alteram amplissimam & populosissimā, supra verticem Δ in vtrah; Nili ripa iacentem, Alcair, quam Memphis antiquitus, & à Prophetis No Ph, appellatam esse, consentaneum est. Alteram Alexandriā, tribus germanicis miliaribus à Canopico Nili ostio distantein, extrinsecus quidem muris & turribus cinctam, sed intra moenia vastam & magna sui parte desertam: ex qua nunc quoq; Veneti merces quotannis auchunt.

Vt autem vrbs No AMON, etiam si situ loci munitissimo, & multitudine ciuium, & auxilijs gentium, ipsi subditarum, vel confoederatarum, planè inuicta esse videbatur, tamen horribiliter capta & euersa est: ita urbem Niniuen quoq; horribili excidio & παναλεθεία oppressum iri Nahumus prædictit, sicut paulò pōst, regis Iosiae temporibus Sophonias etiam cap. 2. vaticinatus est, Et extendet manum suam super aquilonem, & perdet Assur: & Niniuen ponet in solitudinem & in inuium & quasi desertum. Hæc est ciuitas gloriofa, habitans in confidentia, quæ dicebat in corde suo, ερούσιον & extra me non est alia amplius. Quomodo facta est in desertum, cuius bestiæ? Omnis qui transit per eam sibilabit, & manibus plaudet super eam.

^a οὐν à Chus filio Cham, nepote Nohæ, stirpe Aethiopum & Arabum, Genes. 10. ^b Ebraice מִזְרָיִם à Mizraim filio Cham fratre Chus. Non est finis opum, potentiae, auxiliorum eius. ^c οὐν à Phut fratre Mizraim, cui flumen ὄρενευον in Mauritania ponunt Ptolem. lib. 4. Geogr. & Plinius lib. 5. cap. 1. ^d מִזְרָיִם Genes. 10. filius Mizraim est מִזְרָיִם & alter מִזְרָחַל à quo Libyæ nomen extitisse putatur. Alij Græcam Etymologiam singunt, δέσποτος λαίπεσθαι καὶ οὐν. ^e Præcoces ficus, quos Græci πρόδρομοι φύλαξ nominant. ^f Tales fucus fuerunt munitiones principum Germanicorum & ciuitatum Imperialium, quæ sine ullo labore & molestia in Caroli V. potestatem cadebant, anno 1546. 1547. ^g Fortes latentes coquito. ^h οὐν, à οὐν à lambendo. ⁱ Collige ingentes copias. ^j οὐν nomen habet à multitudine, quod agminatim & magna copia volent, & omnia obuia depascant. ^k Sacerdotes & selecti homines. ^l Psal. 76. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Ab increpatione tua Deus Iacob, dormitauerunt qui ascenderunt equos. ^m Es misera & nulli miserabilis. ⁿ Gaudent te euersam esse. ^o Quia tu omnes inuafisti & adfixisti: lætantur aliæ gentes nunc te quoque adfligi, ut οἴα τ' αἴπει εἰσῆν τοῖν τελοῖς αὐτὸν ιδῶν.

FINIS EXPLICATIONVM IN PROPHETAM NAH V M.